ſed ternis aureis faſcijs tæniata; quæ eſt PIEDGRIMAVLTIORVM BRIQVEMARIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Vel hermionicus balteus triplex exilior, in atris & iunctis balteis totidem laxioribus, intra illuſam auro parmulam: quæ eſt familiæ GVEVARAE in Hiſpania, & in Regno Parthenopæo.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Item ſublicæ ſcutariæ pellitæ tres, in parmula cinnabari expicta, ſunt MONCORNETIORVM in Belgio, & familiæ QVESADAE in Hiſpania.

*Io. Scohier in geneal. Croyæ fam.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



*De gueulles au cheuron d' hermines.*

Prçterea teſſerarius capreolus, ex Pontica diphthera, in alueolò ſcuti puniceo, eſt GVISTELLEORVM, & RIVIEREORVM in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.*

*Marcus Gilbert.*



Cum adiectis verò ternis rhombis, in plinthidem perfoſſis, eſt BELGRAVRORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Anglus*



*Echiquetté d'or, & d' azur, au cheuron d'hermines.*

Idem capreolus teſſerarius, ita pellitus, in parmula auro & cyano ſcutulata,

*Marcus Gilbert.* tulata, eſt NVBVRGHIORVM in eodem *Idem.* Regno magnæ Britanniæ, & VVARVICKIORVM in Gallia.



In parmula, oxygonijs teſſellis, aureis cyaneiſque, vermiculata, ſimilis *Andreas de Ryet.* capreolus, eſt BEAVMONTIORVM in Gallia.



Tres autem pelliti capreoli, in expicta cinnabari, areola ſcuti gentilitij, *Marcus Gilbert.* ſunt MARTONVILLEORVM, & TRECESSONIORVM in Aremoricis.

Interdum partes alueoli quaternæ, ex hoc vellere, iunguntur quinis alijs partibus coloratis, nempe puniceis:



*Cinq point de gueulles equipolles à quattre d'hermines.*

atque hæc eſt teſſera BRIENNEORVM in Gallia: fuitque DVCIS ATHENARVM, dum LVSIGNANI obtinerent Regnum Hieroſolymitanum. *Andreas de Ryet in teſſeris nobilium M.S.* *Marc. Gilbertus.*



Scutariæ plinthides, duorum limitum cum medio, ex hoc hermionico vellere, in parmula nigella, quæ coronide tenùs ita incipiunt, vt in priori limite appareant dimidiatæ, ſunt VVAINFLETTEORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Gulielm. Angl. in tract. vei teſſer.*



Trigoniæ pinnulæ tres, ex eodem vellere, & aliæ totidem ſapphirini coloris, adferuntur à Ioanne Gulielmo.

*Sect. 5. c. 1.*

*Coupè d'azur & de gueulles à trois beſans d'hermines, deux en chef, & vn en pointe.*



Nummi tres Bizantini, ex hac muris Pontici aluta, quorum duo ſint, in ſupero ſemiſſe cyaneo, tertius in ſemiſſe imo puniceo, ſunt CARBONETIORVM DE CANISYO in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Crux in hunc modum pellita, intra miniatum ſcuti alueolum, eſt familiæ LA PALV in Gallia.

*Io. Iacob. Chifflet.*

Poſtremò nec deſunt huius diphtheræ compoſitæ paradigmata. Vti aluta ſcutaria,

*Hermines composées.*



Vel coloris crocei, cum nigris muſcarijs,



Vel coloris nigri, cum ijſdem muſcarijs, aut viciſſim croceis,



Aut certè candicantibus. Quæ tria paradigmata gentilium teſſerarum, ex hermionico vellere compoſito, proponuntur à Ioanne Gulielmo. *Sect. 1. c. 4.*

De

## De Leone. Cap. LIII.

SI tot iam leones vellem figurare, quot eos eſſe in gentilitijs Virorum nobilium,& Procerum teſſeris deprehendo; equidem non æquarem modò Lucium Syllam; qui in prætura ſua Romæ, centum iubatorum pugnam dedit: ſed eum ipſum, & præterea Pompeium Magnum, qui iubatorum trecentorum, & quindecim, atque adeo Cæſarem Dictatorem, qui quadringentorum certamina edidit, ſuperarem. Neque illos extraherem, aut ex luſtris Africæ, aut ex Lybiæ ſpelæis, aut ex obſcuris theatrorum antris & caueis; verùm ex Nobilium, Magnatum, & Regum ſtemmatis, atque ex eorum glorioſis, & ſanè illuſtriſſimis monumentis.

*Plinius.*

Leonem videlicet Heroes plurimi, inclytique Duces, pro ſuæ fortitudinis teſsera, in omni æuo, ſuſceperunt: vtpote qui profiterentur; (quemadmodùm inſinuaui aliàs) ſe in hoſtes haud ferri aliter; quàm leonum inſtar, aduersùs imbelles feras.

Sed peculiariter hoc egerunt Dynaſtæ Prouinciarum Belgij, ſequuti Godefridum Bulleoneum, ad expeditionem ſacram. Id verò cauſæ videtur; cur pleræque iam Belgij Prouinciæ, Leonem pro inſigni ſuo retineant; variato tamen ſchemate, eius aut coloris, aut metalli.

*Petrus Doultremans in vita Petri Eremitæ.*

Tāta multitudine quidem ſculpere in præſentia, icones Leonum, ego maximè operoſum reor. Attamen prodibunt pulchrè: nempe ad honorem dumtaxat, non autem ad horrorem.

Cæterùm ad confirmandam ſententiam noſtram, de gentilium harum teſſerarum origine, ex priſco ornatu rei veſtiariç, conferent etiam hæ icones ferarum; quippe veſtimentis additæ, opere phrygio. Dum autem ſchema natiui coloris exuunt atque immutant; tunc enimuerò, aut ad argumentum Principum colorantur, aut proprio familiæ amiciuntur panno. Si ita non eſset, cur Leones, Pardos, Aquilas; cur Aues alias; cur Lilia, & Roſas, non ſine quadam deprauatione, ac penè dixerim naturæ iniuria, inſignibus proprijs exueremus?

Iam autem icone diſtincta repræſentabuntur, quæcumque diſcrimen faciunt, tum in ipſo Leone, qui eſt ferarum Rex, tum deinde in Aquila, quæ eſt auium Regina; & ideò licebit paucioribus poſtea proſequi alia, quæ ſpectabunt ad formas animantium reliquarum.



*De gueulles, au Lyon d'or rampant.*

Aureus leo, erectus, ſeu exſiliens, ac versùs dexteram ſe proripiens, in parmula conchyliata, eſt familiæ GASERANAE, HOMETIAE, MARTONIERIAE, MONTMIRELIAE, PONTALLIERIAE, PONTIAE, PVYAE, SVISSIONIENSIS VETERIS.

*Marcus Gilbert.*

*Adrian. Morliere in lib. Antiquit. Ambiani.*

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*

ris in Gallia; & in Belgio familiæ VVarovxiae.

*Iacob. Hericourt.*



*D'azur, au Lyon d'or.*

In ſcuti valuulo cyaneo, eſt Bellenaviae familiæ, Bloyae, Champlitae in Gallia; eſt item Finlandiae in finibus Regni Cimbrorum; Gargesiae, Grassaiae in Gallia; Marcyae in Lotharingia; rursùs in Gallia Montgomeriae, atque Roddesiae.

*Marcus Gilbert.*
*Io. Iacob. Chifflet.*



*De ſinople, au Lyon d'or.*

In praſina ſcuti areola, eſt familiæ Ovrvilliae, ac Robersatiae in Gallia:

*Marcus Gilbert.*



*De ſable, au Lyon d'or.*

In ſolo ſcuti ſabuleo, eſt Bvffiereorvm, & Govxiorvm De Rvptio in Gallia, & Binsfeldiorvm ad Rhenũ.

*Marcus Gilbert.*
*VVappenbuch.*



*D'azur, au Lyon d'argent.*

Argenteus Leo, in parmula coloris veneti, eſt familiæ Albertiae Venetijs, Bellhomiae in Vrbe Roma, Breviliae, Chalongiae, Cheminiae, Fieffiae, & Ivghiae in Gallia.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*
*Marcus Gilbert.*



*De gueulles, au Lyon d'argent.*

In muricato ſcuti valuulo, eſt familiæ Grandieriae in Gallia, Ho-

*Marcus Gilbert.*

VVAR-

*Io. Guliel. Anglus*
*VVappenbuch.*
*Marcus Gilbert.*
*Deuarennes.*

VVARDSIAE in Regno magnę Britāniç, LODRONIAE in Imperio, MOVBAIAE rurſus in magna Britānia, PIETRESENIAE, SAVCYAE, ac VITRIAE in Gallia.



*De ſinople. Lion d'argent.*

*Marcus Gilbert.*
*Adrian Morliere in libro Antiquitatum Ambiani.*
*Marcus Gilbert.*
*Deuarennes.*

In ſcuti areola virenti, eſt MONTIGNYORVM, NORTMANTIORVM, ROCHEBRETTEAVIORVM, ac SARCELIORVM in Gallia.



*De ſable, au Lion d'argent.*

*Andreas de Ryet.*
*Marcus Gilbert.*

In atro ſcuti laterculo, eſt CAPECIORVM Neapoli, MEVLANTIORVM, & MEVLTENIORVM in Gallia.



*D'or, au Lion de guenlles.*

*Marcus Gilbert.*
*VVappenbuch.*
*Marcus Gilbert.*
*Iacob Hericourt.*
*Marcus Gilbert.*

Puniceus Leo, in parmula quidem auro conſtrata, eſt ANDRESELIORVM in Gallia; eſt BORAE familiæ in Miſnia; eſt BRIQVEBECIORVM, BRVCOVRIORVM, COHENIORVM, GALANDIORVM, GRAMMONTIORVMQ; in Gallia; HERSIORVM in Belgio; & rurſus in Gallia GALERESIORVM, & GANQVEVILLEORVM.



*D'argent au Lion de guenlles.*

*Marcus Gilbert.*
*M. S. ex Muſæis Romanis.*
*Marcus Gilbert.*
*M. S. ex Muſæis Romanis.*
*Marcus Gilbert.*
*VVappenbuch.*

In argenteo autem valuulo, eſt AVFFEVILLEORVM, ESTRACIORVM, & FRESNEORVM in Gallia; eſt Venetijs GVSSONIORVM; GAVLEONIORVM, & NALDENVICEORVM rurſus in Gallia; eſt in Luſitania familiæ A SILVA: eſt denuò in Gallia TERMESIORVM; & VVLFFENIORVM in Marchia.



*D'or, au Lion d'azur.*

*Marcus Gilbert.*
*Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Galliæ.*
*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Cyaneus Leo, in parmula auro illuſa, eſt GRANDMONTIORVM, GRANSIORVM, LVCEORVM, ROVCYORVMQ; in Gallia: Romæ verò SANTINIORVM,

At

*D' argent, au Lion d'azur.*



*Alphõſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*
*VVappenbuch.*

At in parmula argento clara, eſt FERRERIORVM in Inſubria, & VVEISENIORVM A THEVRBACHIO ad Rhenum.

*D' or, au Lion de ſinople.*



*Marc. Gilbert.*

Praſinus Leo, in laterculo ſcuti aureo, eſt BERTRANEORVM in Gallia.

*D' argent, au Lion de ſinople.*



*VVappenbuch.*
*Marcus Gilbert.*

In aruo eiuſdem ſcuti argenteolo, eſt METTICHIORVM in Saxonia, & in Gallia VERMEILLESIORVM.

*D'or, au Lion de pourpre.*



Ianthinus Leo, in lutea ſcuti areola, eſt LACIEORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*D'or, au Lion de ſable.*



*Marcus Gilbert.*
*M. s. ex Muſæis Romanis.*
*Marcus Gilbert.*

Leo ater, in alueolo quidem luminis crocei, eſt BRAVDICOVRIORVM, & BRVYERESIORVM in Gallia, Venetijs GEORGIORVM, SCONDITORVM Neapoli, & rurſus in Gallia TROVSSEBOISIORVM.

*D'argent, au Lion de ſable.*



At in valuulo alterius metalli, eſt BE-

*Marcus Gilbert.* *Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Galliæ.* *Marcus Gilbert.*

BETHAVCOVRTIORVM, CERRIERESIORVM, FIENESIORVM, FOVCAVLTIORVM in Gallia; FRESNESIORVM ATREBATVM in Belgio; MESGRIGNYORVM, PAIOTIORVMQ. iterum in Gallia.

Hactenus icones Leonum dedi; expreſſas ſimplici ornatu vnius, aut coloris aut metalli, abſque vllo alio diſcrimine. Iam proſequar ea, in quibus multiplex cum appareat variatio, ineſt pulchritudo maior etiã; (quod verò præcipuum eſt) fundatur interdum familiarum diſtinctio: tametſi diſcrimina quædam exigua nonnumquam ea eſſe videantur.

Nempe ſi lingua dumtaxat, vel vngues, vel dentes, vel coronæ diſſideant à ſchemate corporis totius in leone, id exprimi debet, in deſcriptione gentilium teſſerarum; etenim proſapiæ ac generis diſcrimen arguere ſolet.

*Lion d'azur lãpaſsè, ou languè de gueulles.*



Leo cyaneus, cum lingua puniceа, in ſcuti valuulo aureolo, eſt familiæ AQVAVIVAE, in Regno Parthenopæo. *Io. Iacob. Chifflet.*

*Lion de gueulles, armè d'azur.*



Puniceus leo, cum falculis cyaneis, in aureolo item ſolo, eſt ſcutum gentilitium ARMENIAE. Argenteus autem leo, cum falculis puniceis, in veneti luminis areola, eſt MELDARDTIORVM in Belgio.

*Io Iacob. Chifflet.* *Lion d'argent, armè de gueulles.* *Iacob. Hèricourt.*

At frequentiùs & lingua & falculæ in leone imbuuntur lumine eodem, diſſimili tamen à lumine iconis totius.

*Lion d'or, lampaſsè & armè d'azur.*



Ita leo aureus, in muricata parmula, cum lingua vnguliſque cæruleis, eſt PONTAILLEORVM in Gallia: ſi verò prætextam parmulæ addas, quadris maioribus, ex argento & cyano impreſſam, eſt HOMBORCHIORVM in Belgio. Cum lingua verò & vngulis coloris atri, eſt teſſera INSVBRIAE.

*Io. Iacob. Chiffletius.* *Bordure componee, ou cantonee d'argent & d'azur.* *Io. Iacob. Chifflet* *Lion d'or lampaſsè armè de ſable.*

Aureus leo rurſus, oſtro linguatus & vgulátus, in ſapphirini coloris

*Io Iacob Chifflet.* *Lion d'or lampaſsè, & arme de gueulles.*

loris parmula, eſt Masminesiorvm in Belgio, & in Gallia Piedefereorvm.

*Io Iacob. Chifflet.*
*Marcus Gilbert.*

Aureus item leo, in areola coloris praſini, cum oſtro pariter in lingua falculiſque, eſt Robersartiorvm in Gallia.

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*

Idem aureus leo, ita linguatus, vngulatuſque, in parmula coloris atri, eſt inſigne Brabantiae.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Argenteus leo, cum lingua falculiſque aureis, in ſolo ſcuti puniceo, eſt Glissoniorvm in Gallia, & ibidem Montfortiorvm ac Sabrantiorvm; Vvassembergiorvmq. in Belgio, Cum cyano autem, in lingua, & falculis, eſt Movbraiorvm in Regno Magnæ Britanniæ.

*Inſignia auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*
*Eadem.*
*Iacob. Hëricourt.*

Leo denuo argenteus, ſed lingua vnguibuſque coccineus, in parmula virenti, eſt Montignyorvm in Gallia:

*Andreas de Cheſne in Histor. familiarum nobil Galliæ.*

Argenteus item leo, perinde lingua & vnguibus puniceus, in furui luminis alueolo, eſt Hovsteorvm in Belgio, & in Gallia Lionneorvm.

*Io Iacob. Chifflet.*
*Marcus Gilbert.*



*Lion de gueulles, lampaſsè armè d'azur.*

Purpuratus leo, cum lingua falculiſque ſapphirinis, in aureo quidem ſcuti laterculo, eſt Bergiorvm à Dolheinio, & Bergiorvm a Sancto Vvinocio in Belgio; atque eſt inſuper Gavreorvm, ſed cum ſtriato præterea margine ſabuleo.

*Marcus Gilbert.*
*Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*
*Io. Iacob. Chifflet.*

At in laterculo argenteo, idem leo purpureus, cum lingua & falculis aureis, eſt Loseorvm in Gallia; cum ijs verò atris ibidem eſt Lereorvm.

*Lion de gueulles lampaſsè, armè d'or, ou de ſable.*
*Marcus Gilbert.*



*Lion d'azur, lampaſsè, armè de gueulles.*

Cyaneus leo, nunc in parmula auro conſtrata, cum lingua & falculis coccineis, eſt Roussyorvm in Gallia.

*Inſignia auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*

Nunc in eadem parmula argentata, cum lingua & falculis perinde coccineis, eſt Valdentiorvm in Gallia, & ibidem Coesmeorvm.

*Eadem.*
*Marcus Gilbert.*

Leo

*Lion de ſable lampaſsè, armè de gueulles.*





*Lion d'or couronnè de meſme.*

*Io.Iacob.Chiffſet.* — *Idem.* — *Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus ſancti.* — *Marcus Gilbert.* — *VVappenbuch ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.* — *Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus Sancti.*

Leo ater, ſeu in crocei luminis areola, cum oſtro item in lingua vnguiculiſque, eſt FLANDRIAE teſſera, & MISNIAE etiam: atque adeo eſt BEAIEVORVM in Gallia, ibidemque LIGNERISIORVM MEBENVILLEORVM.

Seu in areola argento illuſa, leo ita expictus, tam in pelle ac villis, quàm in lingua falculiſque, eſt BERSTETIORVM in Vveſtphalia, FIENNESIORVM & PAILLATRIORVM in Gallia.

*Marcus Gillert.* — *Lion d'or couronnè de gueulles.* — *Marcus Gilbert.* — *Lion d'or couronnè d'azur.* — *Marcus Gilbert.*

Ad hæc diadematus auro, leo item aureus, in veneti luminis areola, eſt SAVLXIORVM in Gallia.

Cum diademate autem puniceo, leo perinde aureus, in parmula eiuſdem coloris veneti, eſt RASSENGHYENIORVM in Gallia.

Et cum eo diademate cyaneo, adſimilis leo aureus, in muricata ſcuti areola, eſt ASPREMONTIORVM in Gallia.

*Lion de ſable, lampaſsè de gueulles, dentè & armè d'argent.*





*Lion d'argent, couronnè d'or.*

*Io.Iacob.Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*

Peculiariter IVLIACI teſſera, leo nigellus, in aurata parmula, rubet lingua dumtaxat; falculis verò & præterea dentibus argenteis renidet.

*VVappenbuch ſeu liber teſſerar Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

In eiuſdem coloris areola, leo argenteus, aurea corona redimitus, eſt VVANGENIORVM in Alſatia.

*Lion de gueulles couronnè de meſme.*



*Inſignia Auratorum Equitū Spiritus Sancti.*

Puniceus leo, cum corona item punicea, in aurei metalli valuulo, eſt Albertiorvm in Gallia.

*Lion de gueulles couronnè d'or,*

*VVappenbuch. ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Cum aurea deinde corona, in valuulo argentei metalli, leo pariter puniceus, eſt Obesteiniorvm ad Rhenū.

*Lion d'azur couronnè d'argent.*



*Marcus Gilbert.*

Cyaneus leo, in aurato ſcuti laterculo, diadematus argento quidem, eſt Grancyorvm, oſtro autem, eſt Grasayorvm in Gallia.

*Lion d'azur, couronnè de gueulles*



*Lion de ſable couronnè d'or, ou de gueulles.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Marcus Gilbert.*

Niger leo, auro coronatus, in parmula eiuſdem metalli, eſt familiæ Tortellae in Regno Parthenopæo. Vel vinctus corona cynnabari expicta, eſt Bavdricovrtiorvm in Gallia. In argentea verò parmula, leo perinde ater, aureo diademate præfulgens, eſt Bvreniae familiæ in VVeſtphalia.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Lion d'or couronnè, lampaſsè, armè d'argent, ou d'azur.*



*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliū Galliæ.*

*Idem.*

*Marcus Gilbert.*

At leo aureus, in parmula rubenti, cum diademate lingua & falculis argenteis, eſt Rvmignyorvm in in Gallia. Cum ijſdem verò cyaneis eſt Mirabelliorvm. Vel etiam cum diademate aureo quidem, ſed lingua & falculis cyaneis, eſt Pontallieriorvm in Gallia.

*Lion d'or couronnè de meſme, lampaſsè, armè de gueulles.*

*Io. Iacob. Chiffle*

Aureus leo perinde, tum in exuuijs, tum in diademate, ſed in lingua & falculis coccineus, intra pullatam ſcuti areolam, eſt teſſera Comitis Palatini ad Rhenum.

*Lion d'argent couronnè, lampaſsè, armè d'or.*



Argen-

Argenteus leo, cum redimiculo lingua vnguibuſque aureis, in muricata parmula, eſt CHASTELVSIORVM in Gallia; & in eadem parmula ſabulea, eſt GAESBECKIORVM in Belgio. Diadematus autem auro ſimilis leo, & oſtro linguatus vngulatuſque, eſt SCHENCKENIORVM ab HEGDECKIO ad Rhenum. Vel cum lingua tantùm ex oſtro, eſt EBERSTEINIORVM in Imperio; ſed in ſcuti area tamen cyanea. Vel in hac area ſcuti punicea, leo argenteus, coronatus & vngulatus cyano, eſt VAVASEVRIORVM in Gallia. Vel in eadem ſcuti area ſabulea, leo argenteus, cum corona, lingua, & falculis coloris praſini, eſt LOREORVM in Gallia.

*Philibert. Monet.*

*Io Iacob. Chiffle.*

*Lion d'argent, courõnè d'or, lampaſsè, & armè de gueulles.*

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Io. Iacob. Chifflet.*

*Lion d'argent, couronnè, armè d'azur.*

*Marc. Gilbertus*

*Lion d'argent, couronnè, lampaſsè, armè de ſinople.*

*Marcus Gilbert.*



*Lion de gueulles, couronnè lampaſsè, armè d'azur & ou d'or.*

Coccineus leo, in aureo quidem ſcuti alueolo, cum ſpira & lingua & vnguibus cæruleis, eſt HABSBVRGIORVM in Auſtria. Et in alueolo argenteo, cum corona & falculis aureis, eſt AIXONIORVM à SCHONVORSTIO in Belgio; cum aurea inſuper lingua, eſt LAMAYORVM item in Belgio, & in Gallia GOVIONIORVM MATIGNONIORVM, & MOVSSAYEORVM. Et cum ora ſcuti ſabulea, vndenis aureis nummis Byzantinis impreſſa, eſt SEHERENBERGIORVM in Belgio. Vel cum atris diademate lingua & falculis, eſt FIMARCONIORVM in Gallia.

*Lion de gueulles, couronnè lampaſsè, armè d'or.*

*Iacob. Hëricourt, in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*

*Idem.*

*Marc. Gilbert.*

*A la bordure de ſable, chargée d'onſe beſans d'or.*

*Io. Iacob. Chifflet.*

*Lion de gueulles couronnè lampaſsè, armè de ſable.*

*Marcus Gilbert.*



*Lion de ſinople, couronnè, & armè d'azur.*

Praſinus leo, in parmula auro illuſa, cyano diadematus & vngulatus, eſt BRIQVEBECIORVM in Normandia.

*Marcus Gilbert*



*Lion de pourpre, courõnè lampaſsè armè d'or.*

Ianthinus leo, cum regio redimiculo, lingua, & falculis aureis, in argentea ſcuti areola, eſt teſſera REGNI LEGIONENSIS.

*Io. Iacob. Chifflet.*



*Lion de ſable couronnè, lampaſsè armè d'or.*

Pullus demum leo; ſeu in ſcuti alueolo

alueolo aureo, cum ſpira lingua & vnguibus coccineis, & cum prætexta ex anguloſis teſſellis argenteis coccineiſque, eſt teſſera NVREMBERGAE. *Io. Iacob. Chifflet.* Seu in alueolo ſcuti argenteo, cum diademate, lingua, & falculis aureis, eſt POSTEAVIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.* Cum ijs verò inſignibus puniceis, eſt GENEFFIORVM, & OREILHEORVM in Belgio. *Iacob. Hericourt.* Rari deinde, ſed aliqui tamen ſunt leones, etiam numellati.



*D'or au Lion de gueules accollé d'argent.*

Vti puniceus leo, cum argentea numella, in ſcuti valuulo aureo: quod ſtemma eſt GALLETOTIAE familiæ in Gallia. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



*Lion d'or accollé d'azur.*

Vel aureus leo, cum diademate item aureo, cyanea verò numella, in parmula cinnabari fucata: eſt autem MENTLERIORVM in Sueuia. *VVappenbuch.*



*Lion d'argent, accollé d'or.*

Vel argenteus leo, diadematus pariter & numellatus auro, in pullo ſcuti alueolo, qui eſt HORNSBERGIORVM in Haſſia. *VVappenbuch.*



Vel leo ipſe pullatus, ſed cum eo loro ad collum aureo, exſertaque lingua coccinea: atq; is eſt ALLESIAE familiæ in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Rariores adhuc, ſed nihilominus aliqui leones reperiuntur, cum trifida trabecula, quaſi iugo, impoſita ceruicibus, ſeu armis eorum: cuius quænam ſit ſignificatio, ſeorſim alibi exponetur.

Vti



*Lion chargè d'vn lambel ſur le dos.*

Vti puniceus leo, cum lingua falculiſque cyaneis, & cum cyanea inſuper ea trifida laciniola, in ſolo parmulæ aureo: eſt autem icon gentilitia familiæ CANTELMAE in Regno Parthenopæo. *Andreas de Ryet.*



Aut in ſimili areola leo nigellus, oſtro linguatus atque vngulatus, cum ea laciniola tridenti, pariter oſtro illuſa; quod ſchema ſymbolicum eſt BEAVIEVORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Frequentiùs agmine caudæ leones diſcriminantur, qua ſe identidem flagellant, ac generoſam ad iracundiam prouitant: vt propterea pingi ſoleant cum ea ſemper, verſus humerum, reiecta. Eſt porrò leonis teſſerarij cauda vt plurimum ſimplex; aliquando tamen bifidam videas.



*Lion d'azur a la queue fourchue.*

Vt vel in leone cyaneo, intra parmulam auream; qui eſt DVDLEYORVM in Regno Magnæ Britanniæ. *Marcus Gilbert.*



*Lion à double queue.*

Vel in leone argenteo, bis caudato, cum diademate lingua & falculis aureis, quæ teſſera eſt REGVM BOHEMORVM. *Io.Iacob.Chiffle.* Atque eiuſmodi eſt, quoad caudam ſcilicet bifidam leo, ſeu aureus in conchyliato ſcuti valuulo VVITASSEORVM DE CONTY in Gallia; *Marcus Gilbert.* ſeu puniceus in argentea ſcuti areola FAVCEMBERGIORVM; ſeu ater, in laterculo eiuſdem metalli COLEMBERIORVM, atque ESTENDARDIORVM, item in Gallia. *Idem.*

At ea duplex cauda interdum in decuſſim eſt traiecta.

Vt

*Lion de gueulles a la queue fourchue, paſſee en ſautoir.*



Vt in leone puniceo, intra eiuſdem metalli argentei parmulã gentilitiã, quę eſt VALKENBVRGIORVM in Belgio. *Iacob.Ilëricourt.*



In leone argenteo, cum redimiculo & lingua & falculis aureis, intra pullatam parmulam teſſerariam, quæ eſt BOVRNONVILLEORVM in Belgio. *Io.Iacob.Chifflet.*

Nonnũquam etiam apparet priùs nodo adſtricta, & tum deinde decuſſatim traijcitur:

*Lion de gueulles à la queue nowee & paſsee en ſautoir.*



Cuiuſmodi eſt puniceus leo, diadematus linguatus & vngulatus auro, in valuulo ſcuti argenteolo: quæ eſt teſsera LVXEMBVRGI, & LYMBVRGI etiam: modò ei linguam ex aurea in cyaneam immutes. *Io.Iacob.Chiffle.*



Singularis eſt aureus leo familiæ PAPPACODAE, in Vrbe Parthenopæa, qui extremam caudam, ore arreptã, mordicùs tenet, in furui luminis alueolo; an vt dolore magis iram prouocet? id affirmarem vtique, ſi de leone hoc Hiſtoricorum aliqui perhiberent. *Andreas de Ryet*

Sedenim ignauiæ notat Ioannes Gulielmus, aut leonem catenatum: *Sect. 3. c. 26.*



nempe atrum, in parmula argento illuſa;



Aut

Aut leonem alium violaceum, in parmula eiuſdem metalli, qui intra ima crura caudam abijciat, & eam inglorius quaſi humi trahat.

Hanc eius cenſuram equidem admitterem faciliùs, quàm alteram enimuerò ſeueriorem; dum nimirum, haud ſine probro eſse, ait, leonem, qui versùs læuam reſpectet, dum proſilire versùs dexteram videtur. Nempe leonis vis præcipua in oculis eſt: & tam aſpicere, quàm reſpicere, abſque ſuſpicione ignauiæ poteſt.



Certè aureus leo, in muricata parmula, versùs dexteram ſe proripiens, atque in læuam reſpectans, eſt nobilis teſsera Comitvm Ambanorvm in Gallia.

*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*



Puniceus autem leo, versùs læuam incitatus, ſed versùs dexteram intuens, intra metalli argentei alueolum, eſt ſcutaria icon Heideorvm in Sileſia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Poſse ſaltem pingi leones, versùs læuam euntes, neque hos cenſeri degeneres, alibi euincam. Interim vt eos etiam proponam: ſunt huius generis.



*Lion d'or contournè.*

Aureus leo, diadematus auro, linguatus & vngulatus oſtro, in parmula luminis veneti; eſt autem hæc teſsera Geldriae. Similis leo ex auro, abſque alio diſcrimine, in ſcuti valuulo atro, eſt Schaetzliorvm ab Hermansbergio in Bauaria, & cum diademate tantùm aureo, eſt Bvdteniorvm ad Rhenum.

*Io. Iacob. Chifflet.*

*VVappenbuch ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Idem.*



*Lion d'argent contournè.*

Argenteus leo, in valuulo ſcuti coccineo, eſt Vveisdorfiorvm in Sileſia. Et cum diademate lingua falculis aureis, caudaque bifida, in decuſsim tra-

traiecta, eſt BRONCKHORSTIORVM in Belgio. Diadematus autem auro tantùm, in parmula nigella, eſt OBERKIRCHIORVM in Alſatia, VVARSBERGIORVM, & VVIRSCHBERGIORVM ad Rhenum.

*VVappẽbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Lion de gueulles contourné.*

Puniceus leo, in parmula quidem auro conſtrata, eſt VNRVHEORVM in Sileſia. Et in parmula illuſa lumine alterius metalli, eſt FEERENIORVM in Sueuia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Idem.*



*Lion d'azur contourné.*

Cyaneus leo, in argenteo ſcuti valuulo, cum diademate lingua & falculis coccineis, eſt ADELMANNERIORVM in Sueuia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Lion de ſinople contourné.*

Praſinus leo, cum lingua & falculis puniceis, eſt RHINIORVM in Sueuia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Lion de ſable contourné.*

Ater leo, in ſolo ſcuti argenteo, eſt KVNHEIMIORVM in Sileſia: & ſi addas ei aureum diadema, eſt SCHENCKENIORVM à LANDSBERGIO in Imperio.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Priuſquam progrediar ad icones alias leonum, par eſt inter agmina diſſimilia tot iubatorum, etiam leæna proſiliat; quæ ſanè queri poſſet, quòd in his teſſeris adeo ſit infrequens,

*Idẽ VVappenbuch*



*D'argent à la lionne d'azur.*

vt vna dumtaxat mihi iam ſe offerat, cyano veſtita, in argentei metalli alueolo: eſt autem ſchema LVBRINIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Iam vt veniam ad parmulas bifariam ſectas, atque ordiar ab iis, quæ capite ſcutario dirimuntur.



Argenteus leo, in ſcuti area punicea expictus, cum apice cyaneo, eſt RVBEORVM in Inſubria. *Andreas de Ryet. in teſſer. Nobil. M. S.*



Aureus autem leo, in valuulo ſcuti cæruleo, cum apice ſcutulis orthogonijs, duplici ſerie, argenteis & puniceis vermiculato, eſt MILLETIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Sed toti areæ ita diremptæ frequentiùs imprimitur iuſtæ magnitudinis leo.



*D'argẽt, au chef de gueulles, au lion d'azur brochant ſur le tout.*

Vti cyaneus leo, cum lingua & falculis auratis, in area metalli argenteoli; coronide tenùs tamen, quæ eſt ſupernè muricata: atque hoc eſt vetus ſtemma VENDOSMEORVM in Gallia. *Andreas de Cheſ.* Vel mutata ſede eius vtriuſque coloris & metalli, pariter leo cyaneus, eſt item in Gallia MARINELIORVM. *Marcus Gilbert.*



*D'azur, au chef d'or, au lion de gueulles brochant ſur le tout.*

Puniceus leo, in parmula ſapphirini coloris, cum apice eius aureo, eſt FRAINVILLEORVM pariter in Gallia. *Marcus Gilbert.* Si huic leoni autem, ex argento

vngues linguam & diadema inornaueris, eſt BONAYORVM perinde in Gallia. Vel ſi leoni eidem puniceo ſubſternas aurum, in ſcuti regione laxiore, atque in apice vellus cymbalite, eſt LIGNIERESIORVM item in Gallia,

*Marcus Gilbert.*





*De ſable au chef couſu de gueulles au lion d'argent brochant ſur le tout.*

Vel puniceus leo, cum aurata lingua, in ſolo partim argenteo, partim cyaneo: atque eſt FOLOIGNEORVM in Belgio.

*Iacob. Hemricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.*



Argenteus leo, in area ſcuti ſabulea, cum ſutili eius apice puniceo, eſt BERNAVSIORVM in Belgio.

*Iacob. Hericourt.*

Pinguntur quoque integri leones, in parmulis aut bipartitis, aut lemniſcatis, aut icone aliqua minore ſignatis.



In parmula autem interciſa, ab læuo angulo, partitione diagonia, & ſupernè cyanea, infernè coccinea, leo aureus, eſt ROSINGENIORVM in Imp.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Quod attinet ad parmulas lemniſcatas;



Vti aureus leo, puniceam linguam exſerens, in valuulo ſupernè ſapphirino, & infernè argenteolo; eſt autem HESSENIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Argen-

Argenteus leo, in ſcuti area, ſexies auro & cyano tæniata, eſt familiæ

*ndreas de Ryes* PARTICIPATAE Venetijs.



In eadem octies argento & cyano virgata, puniceus leo, ex eodem colore diadematus, eſt BIERSEORVM

*acob. Hericourt.* in Belgio.



Aut in ea denis ijſdem faſcijs deſcripta, coccineus leo, auro redimitus & vngulatus, linguatus autem cyano, cum cauda bifida & decuſſata,

*Iacob. Chifflet.* eſt regia teſſera CYPRI.



Aut in ea, totidem faſcijs argenteis puniceiſque ſulcata, leo ſabuleus, auro numellatus, eſt familiæ TOV- *Philibert. Monet*

TEVILLAE in Gallia.



In ſcuti pagina verò ſexies oblique, argento atque oſtro exarata, leo aureus, eſt BADOERIAE familiæ Ve- *M. S. ex Muſæis Romanis.*

netijs.



Vel in eadem, totidem balteis argenteis & cyaneis referta, leo puniceus,

cum

cum lingua & falculis aureis, fuit
*Andreas de Ryet.* olim teſſera Regum Gothorvm.



Vel in ea toties argento atque oſtro virgata, praſinus leo, eſt familiæ
*M. S. ex Muſæis Romanis.* Emo Venetijs.



In ſcuti area deinde aurea, ter cyaneis vacerris impreſsa, leo argenteus,
*Eædem M. S.* eſt Toloniciorvm pariter Venetijs.

Sed & ſpectantur leones frequenter, inter ſcutarios laterculos, aut ſupra teſſellas, tam orthogonias, quàm oxygonias. Vti aureus leo, inter oblongas eas plinthides item aureas,



Seu in ſcuti valuulo conchyliato: atque is eſt familiæ Chasteavvillanae in Belgio. *Iacob. Hëricou[rt] in ſpeculo nobili[tatis] Haſbanicæ.*



Seu in ſcuti alueolo cyaneo, eſtq; teſſera Comitatvs Bvrgvndiae, ac inſuper Brenneorvm, & Conflansiorvm *Io. Iacob. Chiffle[t]* *Marcus Gilber[t]* in Gallia; Nassaviorvm in Imperio, *Io. Iacob. Chiffle[t]* ſed cum lingua tamen punicea; Percheorvmq. iterum in Gallia. *Marcus Gilber[t]*



Seu in ſolo ſcuti ſabuleo; & eſt in Gallia

*Marcus Gilbert.* Gallia item familiæ Sancti Ivliani:



Argenteus leo, in parmula cyanea, laterculis illius metalli perſperſa, eſt Rvfierorvm in Aremoricis; cum lingua verò punicea, eſt ibidem Fovrsiorvm, ac Levvergheniorvm; cum falculis inſuper puniceis Vverchiniorvm in Belgio.

*Marcus Gilbert.*
*Eadem.*
*Io.Iacob.Chiffiet*



Puniceus leo, inter teſſerarios laterculos perinde puniceos, intra parmulam argenteolam, eſt Beavfortiorvm in Gallia, & Florentiæ Rittafrediorvm.

Inter eos autem laterculos cyaneos, eſt Geroltzechiorvm in Belgio.

*Marcus Gilbert.*
*S. ex Muſæis ...manis,*
*Iacob.Chiffiet.*



Cyaneus leo, in aurata parmula, cyaneis laterculis conſtrata, eſt Angleorvm in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Leo ater, inter hos laterculos perinde atros, in valuulo ſcuti aureo, eſt Montievjorvm in Gallia. *Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*



Et in eo valuulo argenteo, cum lingua & falculis coccineis, eſt Chablaiorvm. *Io.Iacob.Chiffle.*

In



In ſcuti alueolo, quadris teſſerulis puniceis, argenteiſque vermiculato, furui coloris leo, cum diademate aureo, eſt RAIMVNDORVM Sauonæ.

*Auguſt. Franſon.*



In parmula verò ſapphirini coloris, ſed Byzantinis argenteis nummis inuſta, leo aureus, eſt NASSAVIORVM ad Rhenum.

*VVappenburh, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



In eiuſdem coloris areola, cruculis argenteis recruciatis, & in ſcapo imo etiam cuſpidatis ſignata, leo perinde argenteus, eſt SAREBRVSEORVM in Gallia.

*Inſignia Auratorum Equitū Spiritus Sancti.*



At ſimilis leo, cum ijſdem cruculis, in ſcuti valuulo atro, eſt RVSSELLIORVM in Regno Magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielmus.*



Vel ater leo, cum atris cruculis patibulatis, in parmula auro illuſa, eſt MONBOISSIERIORVM in Gallia.

*Andreas de Ch... ne in Hiſtor. fa... nobil. Galliæ.*



Ad hæc in pellita parmula, velleris peta-

*Andreas de Ryct.* petaſati, leo aureus, eſt familiæ MACEDONIAE, in Vrbe Parthenopæa.



*Marcus Gilbert.* In aluta verò hermionica, leo vel puniceus, eſt BRISSAYORVM in Gallia;



*Andreas de Ryct.* Vel ſabuleus, eſt DVCATVS BVRGVNDIAE.



Vel in ſcuti valuulo, vtraque partitione diagonia interciſo, & ad latera pellito, murina ea diphthera, ſupernè atem atque infernè ſabuleo, leo aureus, cum lingua & falculis puniceis, eſt GRASTONIORVM in Regno Magnæ Britanniæ. *Io. Guliel. Auglus in tract. rei teſſer.*



Vel adſimilis leo, in alueolo ſcuti, ab læua obliquè dirempti, & ſupernè candicante, cum nigris muſcariis infernè ſabuleo cum muſcarijs candicantibus, & cum aureo margine ſtriato, eſt ibidem IONESIORVM. *Io. Guliel. Angl.* Sed apparent pulchriùs adornati leones, qui duplex iubar, ſeu colorum, ſeu metallorum circumferunt. Hoc autem aliquando ita fit, vt ſcuti area ſit aſſi luminis, & in ea leo cum duplici ſchemate prodeat.



Vti leo ſemi-aureus ſemi-argenteus,

ſeu in muricata parmula,

*Lion coupè d'or & d'argent.*



ſeu in parmula cyanea, qui eſt Vvedefindiorvm in Saxonia.

*Io.Iacob.Chifflet.*

*Lion coupè de gueulles & de ſinople.*



Leo ſemi-puniceus, ac ſemi-praſinus, in aureo ſcuti alueolo, qui eſt Schonbergiorvm in Miſnia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Lion coupè de ſable & de gueulles:*



Leo ſemi-ater, ſemi puniceus, in valuulo ſcuti argenteo; qui eſt Heringheniorvm in Brunſuuigia,

*Idem.*

*Lion de gueulles à la teſte d'or, armè de meſme.*



Et leo puniceus; ſed cum aureo capite tamen, aureiſque falculis, in ſolo eiuſdem metalli argenteoli, qui eſt Ivigneorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Vel leo ſemi-puniceus ac ſemi-argẽteus, in parmula auro conſtrata; qui eſt Vainiorvm in foro Cornelij.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*

Hoc idem aliquando ita fit, vt grata viciſsitudine, ſuum leones iubar alternent, & reciprocent cum area ipſa, quæ eſt bipartiti luminis.

Vt



*Coupé de gueul-les & d'or au li-on & l'autre.*

Vt in area, oſtro atque auro diremp-ta ex tranſuerſo, ſemi-aureus & ſe-mi-puniceus leo CANDIANORVM Ve-netijs. *Andreas de Ryet*



*Coupé d'or & azur au lion cou-pé diel' vt en l'a-utre.*

In parmula ſemi-aurea ſemi-cya-nea, leo ſemi-cyaneus & ſemi-aureus DVLCIORVM Romæ. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



In ſcuti laterculo ſemi-punicæo ſe-mi-argenteo, leo ſemi-argenteus ſe-mi-puniceus, AGLIORVM Florentiæ. *Vincent. Borghin.*

Contra in ſcuti valuulo ſemi-ar-genteo & ſemi-puniceo, leo ſemi-puniceus ſemi-argenteus,



versùs dexteram quidem exſiliens, eſt STORNIORVM, & VVALDKIRCHENIO-RVM in Bauaria. *VVappenbuch.*



Versùs læuam autem ſe proripiens, eſt LEVVENSTEINIORVM in Haſſia. *VVappenbuch.*



In ſcuti aruo ſemi-argenteo, ſemi-cyaneo, leo ſemi-cyaneus & ſemi-ar-

*Andreas de Ryet.* genteus, eſt PISANIORVM Venetijs.



Aut' ſecùs, tum in area, tum in ſuimet icone, eſt KONIGSBACHIORVM in Alſatia. *VVappenbuch.*



Semi-aureus autem leo, ac ſemi-ater, in parmula ſuperne atra, atque infernè aurea, eſt OFFENHEIMERORVM in Bauaria. *Idem.*



*Party de gueulles & d'or, au lien party de l'vn en l'autr.*

In parmula deinde, ab ſummo interciſa, & in dextero ſemiſſe punicea, in læuo aurea, leo ſemi-aureus, ſemi-puniceus, eſt SCETZELIORVM in Haſſia. *Idem.*



Vel vice verſa leo ſemi-puniceus, ac ſemi-aureus, in parmula ſemi-aurea & ſemi-punicea, eſt LEMPSIORVM in Delphinatu. *Marcus Gilbert.*



In alueolo etiam, à dextris obliquè partito, & ſupernè furui luminis, infernè metalli aurei, leo dimidius aureus, dimidius furuus, eſt FRENTZLEORVM in Auſtria. *VVappenbuch.*

At

*Eſcartelle dè gueulles & d'argent au lion eſcartellè de l'vn en l'autre.*



At leo quadrifariam pictus, nempe bis argento & bis oſtro, in parmula oſtro atq; argento quadripartita, fuit Venetijs familiæ DALESEVOLAE.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Eſcartellè en ſautoir d'or & d'azur, au lion eſcartellè de l'vn en l'autre.*



In valuulo autem, partitione diagonia quadrifariam ſecto, & in ſumma atque ima regione aureo, ad latera cyaneo, leo ibi cyaneus, & hic aureus, eſt familiæ TORNABONAE Florentiæ.

*Vincentius Borghinus de famil. Florent.*

*Ou eſcartelle en ſautior d'argent, & de gueulle.*



Seu in valuulo, ſupernè atque infernè argenteo, & ad latera vtrimque puniceo, leo ibi puniceus, hic argenteus, eſt Comitum GVIDIORVM pariter Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent*

Eſt adhuc maior varietas in leonibus, aut ſcutulatis, aut pellitis, aut aliter variegatis, ac præſertim virgatis & lemniſcatis; quorum iam icones dabo.

*Lion echiquettè d'or, & de ſable.*



Leo ſcutulis aureis & furuis vermiculatus, in argenteo ſcuti alueolo, eſt PERLEONIORVM Romæ.

*Alphõſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Leo teſſellatus oſtro auroque, in parmula faſciolis argenteis & cyaneis deſcripta, eſt SASSENAIGEORVM in Delphinatu.

*Marcus Gilbert.*

Leo





Leo veſtitus vellere cymbalite, cum extremis capite cauda & pedibus auratis, in ſcuti valuulo conchyliato, eſt familiæ MINVTOLAE, in Vrbe Parthenopæa: cum lingua verò & falculis aureis, eſt MONLOIREORVM in Gallia.

*Andreas de Ryet. in teſſer. Nobil. M. S.*

*Martus Gilbert.*

Vel cum amiculo, ex vndis candidis & cyaneis, capite ac pedibus tenùs, in parmula item rubenti, eſt ibidem MATTVZZIORVM.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Adſimilis leo, ſed partim cyano, partim furuis petaſis, & vellere candido amictus, in eiuſdem coloris alueolo, eſt MATVCIONVM in Vrbe Roma.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



In eiuſdem coloris areola, leo inſtructus hermionica diphthera, eſt PALISIAE familiæ in Gallia; cum diademate tamen aureo. At cum lingua & falculis, ex eodem metallo, eſt ibidem familiæ CHABANESIAE.

*Andreas de Ryet.*

*Philibert. Monet.*



Leo ater, candidis eiuſdem alutæ hermionicæ muſcarijs, in ſolo ſcuti argenteolo reperſus, cum lingua vnguibuſque puniceis, & cum aurea numella, eſt GVLIELMORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielmus.*



In aruo autem eiuſdem metalli, puniceus leo, muſcarijs atris maculoſus, eſt CAVINIORVM Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Leo argenteus, cruculis aureis, recruciatis, & longiùs pedatis inuſtus, in cæſio ſcuti laterculo, eſt SAREBRVCHEORVM in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*



At leo, versùs læuam exſiliens, & puniceus, argenteiſque nummulis Byzantinis impreſſus, in eiuſdem metalli areola, eſt PENTZENIORVM ad Rhenum.

*VVappenburh, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Lion burellè d'argent de gueulles.*

Leo alter, ita conuerſus in læuam, falcijs argenteis & puniceis virgatus, in parmula luminis veneti, eſt inſigne THVRINGIAE.

*Io. Iacob. Chifflet.*



*Lion pulè d'argēt & de gueulles.*

Cui haud eſt magnoperè abſimilis alter

alter leo, in dexteram proſiliens, paliſque argenteis & puniceis deſcriptus, in valuulo item coloris cyanei.

*Lion bandè d'azur.*



At leo aureus, in modum baltei, ter cyano vittatus, in muricata parmula, eſt HOMODEORVM Mediolani.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Alter leo puniceus, ter ita lemniſcatus auro, in argentei metalli alueolo, eſt familiæ BENAVIDAE in Hiſpania.

*Conſaluus Argote in libro de Nobilitate Batica.*



Vel in aurata parmula, perinde puniceus leo, ternis inſtitis, cyano atq; argento ſcutulatis præcinctus, eſt familiæ TENORIAE item in Hiſpania.

*Conſal. Argote.*

*Leon cotiè d' & de ſable.*



Vel in parmula argento illuſa, leo tæniatus obliquè auro & ſabulo, atque inſuper oſtro diadematus, eſt CAPECIORVM in Vrbe Parthenopæa.

*Andreas de R*



In veneti luminis autem areola, leo ita exaratus auro & ſabulo, cum ſutili ſcutario apice puniceo, & argentea Cruce anchorata ibidem impreſſa, eſt familiæ GAMBACVRTAE, ibidem in Vrbe Parthenopæa.

*Andreas de R*

Sed



...l'ombre de lion ...rochant ſur le ...out.

Sed eſt ſingularis, atque inuſitata leonis atri ſola linearis vmbra, in balteis aureis diſpertita, numero quinque, cum totidem alijs cyaneis balteis, & inſuper cum ſtriato margine coccineo: quæ gentilitia teſſera eſt TRASEGNIESIORVM in Belgio.

...Iacob. Chifflet.



Alius leo puniceus, quem in ſolo ſcuti argenteolo, vectes quatuor aurei includunt, & quaſi cancelli arcent ac premunt, eſt RVBEORVM Venetijs.

M. S. ex Muſæis Romanis.



Alioquin in orbe minore atro, argenteus leo, cum cauda bifida expreſſus, intra parmulam auro conſtratam, eſt SALVAGIORVM Genuæ.

Auguſt. Franſon.

Ceterùm faſcia, ſeu balteo iuſti modi, prodeunt præcincti leones etiam, in teſſeris gentilitijs.



Vti leo puniceus, faſciatus aurea inſtita, in argentei metalli alueolo; qui eſt TREVISANORVM Venetijs.

M.S. ex Muſæis Romanis.



Aut in valuulo eiuſdem metalli, ater leo, vngulatus & linguatus auro, precinctus autem oſtro; qui eſt INSVLANAE familię Bononiæ.

*Andreas de Ryet in teſſer. Nobil. M. S.*



Leo tamen cyaneus, TRVCHSESIORVM A POMMERSFELDIO in Franconia, gemina beſtiali faſcia, coloris punicei, aſtringitur, in ſcuti ſolo item argenteolo.

*VVappenburch. ſeu liber teſſerar. Gentilitiar Imperij, ac totius Germ.*



Cum balteo deinde aureo, argenteus leo, in coloris veneti parmula, eſt BARBIORVM Venetijs.

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Leo puniceus, cum balteo item aureo ei ſupercurrente, in argenteo ſcuti alueolo, eſt BARAILLONEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert*



Cyaneus leo, cum adſimili balteo, ſed puniceo, in ſolo parmulæ aureo, fuit teſſera CAELESTINI V. ſeu PETRI MORONI: cum eo autem balteo argenteo, eſt DVRAZEORVM in Belgio.

*Alphonſ. Ciaccon*

*Marcus Gilbert*



Sabu-

Sabuleus leo, balteo coccineo inuſtus, in argenteo ſcuti laterculo, eſt *Andreas de Ryet.* STENDARDIORVM, in Vrbe Parthenopæa.



Sed leo coloris ſapphirini, quem in valuulo eiuſdem metalli, duo iuncti baltei exiliores cingunt, alter quidem aureus, alter praſinus, tribuitur *Idem.* familiæ LONGHAE in Regione tranſpadana.

*D'or au lion de ſable, chargè d'vn baſton pery en bande.*



Aſſo tamen hoc balteo exiliore, ſeu clabula punicei coloris, impreſſus leo ater, in aurata ſcuti areola, eſt *Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Galliæ.* NAMVRCI teſſera in Belgio.



Vel perinde ater leo, cum lingua punicea, & ſuperducto ei vecte pariter puniceo, in alterius metalli parmula, eſt ROLVORVM in Belgio. *Iacob. Hëricourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*

Is tamen interdum baculus, aut eſt teſſellatus ſerie ſimplici;

*De gueulles au lion d'argent, au baſton componè d'or & d'azur de ſix pieces.*



Vti ex auro & cyano, ſupercurrens leoni argenteolo, in parmula conchyliata; quæ eſt MENTONIORVM in *Andreas de Cheſ.* Gallia.



*Au baſton echiquetè de deux traicts d'argent, & de gueulles.*



*De gueulles au lion courōnè d'or tenant vne hache d'armes d'argent, emmanchè d'or.*

Aut eſt vermiculatus duplici ſerie, nimirum ex argento & oſtro, impoſituſque leoni aureo, cum lingua coccinea, in ſcuti valuulo cyaneo, pertinetquè ad iconem gentilitiam ARDNAINORVM in Belgio. *Io.Iacob.Chiffiet.*

Vel cum argentea ſecuri, manubrioque eius aureo, leo aureus, auro diadematus, in ſcuti valuulo muricato: quod eſt ſtemma gentilitium NORTVVEGIAE. *Io.Iacob.Chifflet.*

Ad hæc armantur etiam, in his gentilitijs teſſeris, ſymbolici nobilium familiarum Leones.



Ex quo genere ſunt leo cyaneus, cum punicea bipenni, in argentei metalli arena, veluti prælaturus: atque is eſt ACCIAIOLAE familiæ Florentiæ. *Andreas de Ryet.*



Argenteus leo, cum argenteo item acinace, & eius manubrio aureo, in ſanguinei madoris areola; qui eſt FONDVLIORVM Venetijs. *M.S. ex Muſæis Romanis.*



Leo aureus; praſino trimontio inſiſtens;

ſtens, gladioque & clypeo inſtru-ctus, in parmula luminis cæſij: qui eſt BERCHOLTZIORVM in Auſtria. *Wappenbuch.*



Aureus item leo, geſtans ſpineum ramale coloris praſini, in ſcuti ſolo rubeſcenti: atque is tribuitur familiæ MALASPINAE. *Andreas de Ryet*



Ater leo, cum haſta punicea, auro redimitus, in aurato ſcuti alueolo; eſt MILKAVIAE familiæ in Miſnia. *Wappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gētilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Leo autem puniceus, ſe in læuam proripiens, cum arrepta virenti clabula, introrſum recurua, in aruo metalli argenteoli; eſt NEVHAVSENIORVM in Sueuia. *Idem.*

Aliquando tamen inſignia mitiora ij leones præferunt:



Vt leo purpuratus, lunulam cyaneam geſtans, in alueolo eiuſdem metalli; qui eſt familiæ RATTAE in Vrbe Parthenopæa. *Andreas de Ryet.* Ibidem autem eſt SERIPANDORVM leo aureus, cum lunula argenteola, in ſcuti alueolo rubro. *Alphōſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Vel aureus leo, ferens lilium perinde aureum, in ſapphirini coloris parmula: eſt verò DAVIDEORVM Venetijs. *M. S. ex Muſæis Romanis.* Quemadmodum leo item aureus, lilium argenteum gerens, in parmula rubenti, eſt Romæ RVIZIORVM. *Eadem.*

Leo



Leo aureus, efferens pomum cydonium aureum, cum praſino ramali, oſtroq; inſuper linguatus & vngulatus, in cyaneo ſcuti alueolo, eſt SFORTIAE gentis in Vrbe Roma.

*Io. Iacob. Chiff.e.*



Rurſus leo aureus, in eiuſdem coloris areola, pyrumque aureum tenens; cum ſuperiecto ſibi vecte puniceo, inuſto aurea ſtellula cincinnata, ſeu caudata, argenteoque trimontio, eſt familiæ PERETTAE pariter in Vrbe Roma.

*Alphonſ. Ciaccon in Vita, & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*



Argenteus autem leo, ter turritum caſtellulum aureum ſufferens, in parmula oſtro illuſa, eſt familiæ CASTELLIONEAE Mediolani.

*Idem.*



Pacis verò ac togæ ornamenta, vel ſtudia profitetur aureus leo, veſtitus vndulis argenteis & cyaneis, auroque diadematus; qui anticis pedibus librum tenet, ornatum compactura veneta, & etiam colore veneto fibulatum, quiniſque prӕterea bullis argenteis in decuſſim clauatum. Quæ icon gentilitia, in Vrbe Roma, eſt GOTTIFREDIORVM.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Sed ſchemata gentilitia adhuc minus vſitata videri poſſunt.



Seu leo argenteus, ad læuam proſi- liens, & galeatus, cum aureo diademate, ac loco iubæ vel criſtæ, cum vexillulis, partim punineis, partim argenteolis, in parmula coloris praſini; quę eſt BVLTZINSLEBENIORVM in Brunſvvigia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar Imperij, ac totius Germ.*



*Lion draconné.*

Aut leo puniceus, versùs dexteram incitatus, cum ſinuoſa draconis cauda, intra ſcuti alueolum auratum; qui eſt BRETIGNYORVM in Gallia. Porrò Draconinus à Fecialibus hic leo appellatur.

*Philibert, Monet, in praxi rei teſſ.*



Aut leo eodem ſitu expictus, ſed puniceus, cum larua totius capitis cyanea, in valuulo ſcuti aureo: eſt autem REINACHIORVM ad Rhenum.

*Idem,*



Aut leo rurſus puniceus, ſed in læuam conuerſus, intra metalli pariter aurei laterculum, cum pauonis cauda oculata; atque is eſt EPPLIORVM A FALANDEN in Heluetijs.

*VVappenbuch.*

Aut



Aut alatus leo, ſemi-aureus, & ſemi-cyaneus, in muricata parmula; quæ eſt Romæ Bvccamazziorvm: niſi potiùs eſt aureus leo, cum amiculo cyaneo. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Aut ſiniſter leo argenteus, cum canis capite, in alueolo ab latere dirempto, & ſupernè atro, infernè puniceo: qui eſt Pastervvitziorvm in Sileſia. *VVappenbuch.*



Aut leo item argenteus & ſiniſter, cum lupi aureo capite, in ſcuti valuulo rubenti: eſt autem Vveiseniorvm in Carinthia. *Idem.*



Aut leo, eodem ſitu, ſed pullatus, & cum humano vultu, breuique pileolo, partim coccineo, partim argenteo, intra illuſam auro parmulam: atque eſt Vvingeriorvm in Bauaria. *Idem.*

Venio iam ad repetitos, in eodem ſcuti alueolo, leones teſſerarios. Hi primò quidem ſi bini fuerint, aut ſunt ambo aduerſi:



*Lions affrontez.*

Vt in parmula ab ſummo dirempta, & in dextero ſemiſſe argentea, in ſemiſſe læuo punicea, leo ibi puniceus, & hic argenteus: quæ fuit teſsera Comitvm Gvidiorvm Florentiæ. *Vincent. Borghin.*

In



In parmula etiam, ſabulo auroque quadripartita, leones duo commiſſis vultibus, diademati, & picti partim eo colore, partim hoc metallo: quod eſt gentilitium ſtemma MEVLANDTIORVM in Belgio. *Io.Iacob.Chiffle.*



*M.S. ex Muſæis Romanis.* In cyaneo ſcuti alueolo, aduerſi leones aurei, ſimplici cultu; & ſunt MICHIELIORVM Venetijs. Cuiuſmodi leones duo, perinde aurei, ac medio loco arborem auream attinentes, in muricato ſcuti laterculo, ſunt ATTIORVM Romæ. Et cyanei duo, cetera ſimiles leones, inter quos ſtellæ quinque micant concolores, in ſolo metalli argenteoli, cum teſsera Imperij ſuperné, in apice ſcutario, ſunt familiæ à VALLE, item in Vrbe Roma. Sed huius vtriuſque gentis iconem ſymbolicam alibi commodiùs imprimemus. *Eadem. Eadem.*



In hoc tamen ſcutario apice puniceo, cui ſubeſt inſtita metalli argentei, leunculi duo aurei, aduerſique & orbem argenteum, cruce ſignatum, anticis pedibus præferentes, cum ima ſcuti regione, ſenis balteis, partim puniceis, partim aureis virgata, ſunt familiæ FRANGIPANIAE in Vrbe Roma. *M.S. ex Muſæis Romanis.*



Familiæ verò SABELLAE, ſunt leunculi duo punicei, roſam concolorem, auicula inſeſsam, veluti arripientes, in coronide ſcutaria argento illuſa, cum ſubiecta inſtita coloris praſini, aquatili colubro cæruleo impreſsa, & cum imo ſcuti ſemiſse, lemniſcato balteis ternis aureis, totidemque puniceis. *Io.Iacob.Chifflet.*

Aut hi leones duo ſunt ab ſe inuicem auerſi:



*Lions addoſsès.*

Vti punicei leones, in parmula luminis aurei, VVADRIPONTIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Sabulei vero, in argentea parmula VILLIERIORVM. Cum hi autem ſolutis caudulis humeros ſuos committant: *Marcus Gilbert.*



Caudulas eaſdem, non vno annexu, implicant leones duo punicei, in alueolo ſcuti aureo: & ſunt HOHENIORVM RECHBERGIORVM in Imperio. *VVappenbuch.*



*Lions addoſsès, paſsès en ſautoir.*

At auerſi leones, & qui poſticis tibijs præterea ſunt decuſsati, cum caudulis nodo reuinctis, ex aureo metallo, in conchyliata ſcuti areola, ſunt FOSSEORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Iidem leones, ſed punicei, & ita in decuſſim traiecti, vt caudas ſibi mūtuò arripiant, cum rubella & ſinuoſa in medio laciniola ſupernè, intra parmulam argento illuſam, ſunt Romæ familiæ BOCCABELLAE. *M. S. ex Muſæis Romanis.*

Dirimuntur interdum etiam interiectis balteis;



Vti coccinei leones, in aurata ſcuti areola, quam præcingit balteus iuſti modi, fluens guttis cyaneis argenteiſque: ſunt verò familiæ BVCCAMAZZIAE item in Vrbe Roma. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Conuerſi autem in læuam aurei leones, cum interpoſito balteo argenteo læuo cochleato, intra fucatam oſtro parmulam, ſunt DIESBACHIORVM in Sueuia. *VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Hi deinde leones, in ſemiſſe tantùm impreſſi, & punicei ambo, cum interiecta dimidia cyanea cruce, ſcutulis argenteis inulta, & cum ſolo argenteo, ipſis leonibus ſubſtrato ad læuam; atque adeo cum ſemiſſe altero cyanei coloris, argenteis faſcijs tribus vittato, & ſuperducto eis etiam aurato balteo, ſunt MAXIMORVM Romæ. *M. S. ex Muſæis Romanis.*

In tetrantes autem diſtributi,



*D'argent, au lion d'azur, armè lampaſsè couronnè d'or, eſcartellè de vair.*

Et in eos quidem argenteos, veneti coloris leones, auro vngulati linguati & diademati, cum tetrantibus ſecundo ac tertio, pellitis vellere cymbalite, ſunt FLEVILLEORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



*D'or eſcartellè de ſable, au lion d'or*

Aut in ſecundo ac tertio tetrante furui coloris, leones aurei, cum aureis alijs tetrantibus, ſunt pariter in Gallia POVILLACIORVM. *Marcus Gilbert.*

*De gueulles au lion d'argent, eſcartellè en ſautoir d'hermines.*





Aut in ſupera & ima ſede, ſcuti quadripartiti ſectione diagonia, argentei leones, ſupra oſtrum expicti, cum aluta hermionica, ad dexteram læuamque, ſunt KEROVSEREORVM rurſus in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Ad leones ternos quod attinet, hi ſolent ita diſponi; vt duo in ſupera, terriuſque in ima ſint regione. Hoc pacto expicti.

Argentei leones tres; in muricata quidem ſcuti areola, ſunt in Gallia GEVRESIORVM. Auro inſuper redimiti ſunt GORREORVM ibidem, & in Belgio RASSEORVM: cum lingua & vnguibus perinde aureis, ſunt SAVIGNYORVM in Gallia. Conuerſi autem ad læuam hi leones terni argentei, aureo redimiculo inſigniti, ſunt ZANDTENIORVM ad Rhenum.

*Marcus Gilbert. Idem. Idem. Idem. VVappenbüch.*

*Trois lions deux en chef, & vn en pointe.*





Aurei leones tres, in parmula rubeſcenti, ſunt BLANCEFORTIORVM, & PIERIGORTIORVM in Gallia: cum diademate inſuper aureo, ſunt GAVREORVM pariter in Gallia; cum lingua & falculis cyaneis, ſunt LIEDEQVERCHEORVM in Belgio: cum liliato margine cyaneo, ad argumentum Regiæ teſſeræ, ſunt ibidem DIPPREORVM.

*Marcus Gilbert. Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ. Iacob. Hèricourt. Adrian. Morliere.*

Cum ſcutarijs tribus vacerris cyaneis, in eo puniceo valuulo impreſſis, leones tres argentei, ſunt HERBERTIORVM, in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Aughi.*

In



In ſapphirini coloris parmula, hi leones tres argentei, ſunt CHASTEAVMORANTIORVM, & VINDACIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



In area verò illuſtri, ex metallo argenteo, leones tres punicei, ſunt in Gallia TRVLLYORVM: diademati autem atque vngulati auro, ſunt familiæ BARBANZONIAE in Belgio.

*Marcus Gilbert.*

*Io. Iacob. Chiffle.*



Et in furui luminis areola, ſunt in Gallia PROISSYORVM.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Gallia.*



In exarata ſcuti areola octonis inſtitis argenteis & cyaneis, leones tres ex oſtro, coronati, ſunt BIERSEORVM in Belgio.

*Burelè d'argent, & d'azur d huict pieces à trois liõs couronnès de gueulles, brochant ſur le tout.*

*Iacob. Hëricourt, in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*



Punicei leones tres, in area conſtrata metallo aureo, ſunt CROILIORVM perinde in Gallia, & ibidem REVXIORVM, ſed cũ cyano in lingua falculiſq;

*Marcus Gilbert.*

*Andreas de Cheſ.*



Cyanei tres leones, cyano redimiti, oſtroque

oſtroque vngulati & linguati, in valuulo ſcuti aureo, ſunt inſignia CAMERACI: & cum redimiculo lingua falculiſque puniceis, in valuulo alterius metalli, ſunt ſtemma gentilitium KARADREVXIORVM NEVFVILLETTEORVM in Gallia.

*Adrian, Morliere*

*Marcus Gilbert.*



*Trois lions de ſinople, couronnès armès d'or, lampaſſés de gueull s.*

Smaragdini leones tres, cum auro in falculis & in diademate, cum oſtro inſuper in lingua, ſunt LANNOYORVM in Belgio.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Furui leones tres, in aurea quidem parmula, cum vnguibus & lingua coccineis, ſunt CHAVLLEORVM in Gallia. Cum vnguibus autem, lingua, & ſpira ex auro, in argentea parmula, ſunt HALLEVINIORVM, & VILAINEORVM pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Andreas Morlie.*

*Marcus Gilbert.*

Cum hi tamen leones, ita numero impare, diſponi plerumque ſoleant.



*De gueulles au chevron ondè d'argent, & d'azur accompagnè de trois lions d'or*

Aptè circa teſſerarium cantherium etiam, ex argento & cyano vndoſum, in area cinnabari expicta, prodeunt leones tres aurei, RVSE-BEAVLIEVORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Sed ſingularis eſt parmula gentilitia, tricorporem leonem aureum habens, in alueolo purpurato: fuit autem hæc teſſera EDMVNDI, cognomento CROVCHBACKI, ex ſtirpe Regia, in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Angl.*



*D'azur à quatre lions d'or. deux en chef deux en pointe.*

At

At quaterni leones aurei, in veneti
*arcus Gilbert.* luminis areola, ſunt PERCHEORVM in
Gallia.



*ſcartelle d'azur r d'or a quatre ns affrontes deux à deux de vn en l autre.*

Totidem aduerſi leones, bini ac bini, iubarque alternantes, cum tetrantibus areæ quadripartitæ, ex cyano atque ex auro, ſunt
*.Iacob.Chiffle-ts.* VVALDSTEINIORVM in Bohemia.



Leones quatuor atri, circa puniceum decuſſim, exaratum in pagina ſcuti
*cob. Hericourt.* argenteola, ſunt SERVINGIORVM ad Moſam in Belgio.



Aureus leo maior, balteo argenteo præcinctus, in quo balteo figurantur leunculi tres punicei, eſt icon gentilitia BRANTIORVM pariter *Iacob.Hericourt.*
in Belgio.



Ad hæc leones aurei, numero quinque, diademati omnes, & in decuſſim traiecti, intra ſapphirini coloris areolam, ſunt familiæ COBOS in *Conſaluus Argote in libro de Nobilitate Bætica.*
Hiſpania. In ea verò areola muricata, ſunt ibidem familiæ GONGORAE. *Idem.*



Leo-

Leones totidem argentei, ſabulo & praſino vittati, in modum baltei, in conchyliata parmula, ſunt familiæ BARROSAE item in Hiſpania. *Conſal. Argote.*



Præterea leunculi ſex aurei, oſtro linguati & vngulati, in valuulo coloris veneti, sũt SARERBERYORVM Comitum, in Regno magnæ Britanniæ. *Marcus Gilbert.*



Seni etiam argentei leunculi, cum ſpira lingua & falculis aureis, in fucata oſtro parmula, ſunt familiæ BERNAVS in Belgio. *Iacob Hëricourt.*



*D'or à ſix lionceaux de ſable, mis trois & trois en pal.*

Totidem colore atro expreſſi, intra parmulam auro conſtratam (qui tamen, terni ac terni, in modum ſcutariæ vacerræ, diſponantur) ſunt SCRABONNEORVM DE BVCKINGHAMIO, in Regno magnæ Britanniæ. *Marcus Gilber.*



Quin etiam leunculi noueni punicei, intra plinthides totidem argenteolas, in ſcuti valuulo puniceo, ſunt familię BRITTOS in Luſitania. *M. S. ex Muſ. Romanis.*



*De gueulles ſem de lions d'arge*

Sati

Sati demum, abſque præfinito numero, leunculi argenteoli, in area eiuſdem luminis punicei, ſunt BOISSIEVIORVM in Delphinatu.

*Marcus Gilbert.*

Hactenus leones in arenam dedimus, qui toto ſe ſurrigunt corpore, inſiliuntque quodammodo pugnaturi: quoniam hæc ipſorum eſt magis propria figuratio, in pictura rei teſſerariæ. Deinceps leo prodibit gradiens, ſeu incedens; qui pardinus leo à Fecialibus appellatur. Sunt verò ex hoc genere.

*Lion allant, ou liopardè.*



Ater pardinus leo, in ſcuti valuulo argenteolo, COVDREORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Party d'argent & l'azur au lion leopardè de gueulles, armè lampaſsè, couronnè d'or brochant ſur le tout.*



Puniceus leo gradiens, cum redimiculo lingua & falculis aureis, in area ab ſummo bipartita, ex argento & cyano, POILLEYORVM pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Leo item pardinus ſemi-aureus, ac ſemi-cæſius, in parmula interciſa ex tranſuerſo, & cæſia ſupernè, infernè autem aurea: eſt autem Venetijs LOMBARDIORVM.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*De gueulles au lion paſſant d'or coupè & loſangè de gueulles & d'argent.*



Vel ſimilis leo, ſed aureus, in ſupero ſemiſſe puniceo, cum ſemiſſe imo, teſſellis oxygonijs puniceis argenteiſque vermiculato: atque is eſt SCHENCKENIORVM in Haſſia.

*VVappenbuch*



Vu Cum

Cum hoc autẽ imo ſemiſſe aureo, & cũ preterfluente ibidẽ amne cyaneo, eſt SACHESENIORVM pariter in Haſſia. *VVappenbuch.*

*Vairè d'or & d'azur au chef de gueulles, chargè d'vn bon leopardè d'argent.*



Idem pardinus leo argenteolus, in coronide ſcutaria punicea impreſſus, cum cætera ſcuti regione, pellita ex vellere aureo, atque ex petaſis cyaneis, eſt HENNEQVINEORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Pardini leones duo, argenteique ambo, in muricata parmula, ſunt AVERVVALTNEORVM in Miſnia. *VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Punicei totidem, in parmula auro conſperſa, ſunt BLANCHEFORTIORVM in Belgio, & VVOLFSTEINIORVM in Imperio. Cum adiecto eis autem argenteo diademate, ſunt BIONEORVM in Gallia. Iidem in argentei metalli areola, ſunt teſſera VALENCENENSIS in Belgio. *Io. Scobier.* *VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.* *Marcus Gilbert.* *Idem.*

*D'argent à deux lions leopardès concournès de gueulles.*



Versùs læuam autem progredientes, ex oſtro pariter ambo, & in area argento illuſa, ſunt AYNERORVM ad Rhenum. *VVappẽbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. imperij, ac totius Germ.*



Cyanei leones duo pardini, in aurato ſcuti laterculo, ſunt teſſera Principum SCHLESVVICENSIVM, iuxta Cimbricam Cherſoneſum, & præterea MONLOREORVM in Belgio. *Io. Iacob. Chiffl.*

Cyanei



Cyanei rurſus, ſed in valuulo ſcuti argenteolo, & verſùs lęuam euntes ambo, cum interpoſita inſtita puni-
*VVappenbuch,ſeu liber teſſerar.Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.* cea, ſunt SCHENCKENIORVM in Sue- uia.



Praſini pardini leones duo, in argen-
*Marcus Gilbert.* tata ſcuti areola, ſunt PRAILLYORVM in Gallia.



Atri verò, & argento diademati, in
*Idem.* aureo parmulæ alueolo, ſunt FRETTEORVM in Gallia. Et in argentea ſcuti areola, cum diademate, lingua, & falculis puniceis, ſunt ibidem SOISAYORVM. *Idem.*



Terni deinde pardini Leones aurei, cum lingua & falculis atris, in blattei coloris parmula, ſunt BOVCHARSIORVM item in Gallia. *Idem.* Et in ſolo ſcuti eodem, totidem argentei leones perinde gradiles, ſunt GIFFORTIORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Idem.* Cyanei autem, cum lingua redimiculo & falculis auratis, in aureo ſcuti alueolo, cordibus puniceis referto, ſunt Regia teſſera DANIAE: alibi *Io.Iacob.Chifflet* tamen hæc à nobis commodiùs figurabitur.



Terni rurſus, & pullati omnes, in argentea parmula, ſunt inſignia CARINTHIAE. *Marcus Gilbert.*



Et verſùs læuam incitati, in aurea parmula, pariter atrati leones tres, ſunt TRVCHSESIORVM à VVALTBVRGIO in Imperio.

*VVappenbuch.*



*De gueulles, au cheuron d'hermines accompagnè de trois lionceaux leopardes d'or.*

Denique pardini leunculi tres aurei, circa teſſerarium capreolum, ex hermionica diphthera, in ſcuti area oſtro illuſa, ſunt MONTGOMERYORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Superſunt aliquæ, etſi minùs frequentes, ſymbolici leonis formæ; & vnam ex eis quidem haud eſt, cur ego recenſeam; quam vtique Ioannes Gulielmus vocat iconem leonis ſalientis. (Etenim ægre aut vix, ab leonis erecti ordinaria figuratione is diſcrepare videatur) Pingit verò eum oſtrina purpura, in aurei metalli parmula. Pergo itaque ad leonem aut ſeſſilem, aut accubantem, aut dormiturientem; in quibus videlicet maius diſcrimen eſse deprehendetur.

*Sect. 3. c. 15.*



*Lion ſeiant.*

Ita nimirum aſſidens leo aureus, anticis pedibus, furuum lupi caput tenens, in cæruleo ſcuti valuulo, eſt KLOBITZIORVM in Stiria.

*VVappenbuch.*



*Lion couchant*

Accubans leo, perinde aureus, in tumulo coloris praſini, & ſimul reſpectans ſtellulam auream, intra cyanei luminis alueolum, eſt VICTORIAE familiæ in Vrbe Roma.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



*Lion dormant.*

Ster.

Stertenti ſimilis, alter aureus leo, in area item cyanea exaratus, refertur à Ioanne Gulielmo. Sed-enim oculo vigili eum indormire, pro ingenio ſuo laudatiſsimo, equidem mihi perſuadeo: vt ei intra gloriam eſse ſomnus etiam cenſeatur. *Sect. 3. c. 15.*

Interdum tamen leo totus non prodit, ſed apparet dimidius dumtaxat, aut minor etiam: & tum enaſcens leo, ſeu exoriens à Fecialibus nuncupatur, pingiturque in media ſymbolicæ parmulæ regione. Sunt autem ex hoc cenſu. *Leo naſcens.*



Aut leo dimidius argenteuſque, & auro diadematus, in parmula conchyliata; quod fuit ſchema HILDVVINI Epiſcopi Verdunenſis, & Galliæ Cancellarij: idemque pariter eſt MERSSANEORVM in Gallia. *Philibert, Monet. in praxi rei teſſ.* *Marcus Gilbert.*



Aut leo dimidius puniceus, emergens ex inſtita ſabulea, præcingente parmulam auro conſtratam: eſt autem EMMEORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſer.*



Aut leo perinde dimidius ac puniceus, conuerſuſque in læuam, ac ore ſtringens piſcem cyaneum, in aruo metalli argenteoli: atque is eſt DVRSCHNABELIORVM in Sileſia. *VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Aut leones duo dimidij argenteique & auerſi, ſeu humeris commiſſis, in ſcuti ſolo rubeſcenti; ſunt autem ARTZTIORVM in ditione Tirolenſi. *Idem.*

Neſcio



Neſcio tamen, ad hos exorientes leones pertineat aureus leo, qui prodit ex nemore praſino, in glauco ſcuti alueolo: atque is eſt BVSCHIORVM in Sileſia. *VVappenbuch.*

Leones alij minores, & qui tantummodo extant capite tenus, & nonniſi anticos pedes, ac ſummam caudam oſtentant, leones exeuntes vocantur, ex Fecialium decreto, in hac arte rei teſſerariæ. *Lion iſſant.* Eſt verò ſedes, aut ſtatio eorum, ſcutaria coronis, ſemperque in ea figurantur.



Vti aureus leo, exiens ex ſcutaria coronide punicea, cum cetera ſcuti regione argento illuſa. Eſt autem icon gentilitia ELTZIORVM ad Rhenum. *VVappenbuch.*



Argenteus idem leo, in cyaneo ſcutario apice, cum cetera ſcuti regione aurea, eſt LINSIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Adſimilis leo puniceus, in eo ſcutario vertice aurato, cum ſubiecta coloris veneri areola, eſt item in Gallia BERMONTIORVM. *Marcus Gilbert.*

Sæpe tamen aream dirimit inſtita, medio loco interpoſita.



Vti faſcia, triplici tractu, argento & oſtro

oſtro teſſellata, in valuulo ſcuti aureo, cum exeunte eiuſmodi leone purpurato: atque hoc eſt ſtemma familiæ à Marcka, in Gallia Belgioque.

*ſignia Aurata. n Equitũ Spiritus Sancti.*

Aliquando etiam ſubeſt ima regio lemniſcata, & ſuſtentatur ſcutarius apex beſſali tænia, ex qua leo erumpere videtur.



Hoc pacto emergit, ex aurea tæniola, in cæſio ſcuti faſtigio, leo perinde aureus: cum ima regione, balteis ternis cæſijs, ac totidem aureis virgata: quod ſtemma gentilitium, in Vrbe Roma, eſt familiæ Incoronatae.

*. S. ex Muſais omanis.*



In argenteo autem ſcuti alueolo, ſapphirini coloris leo, erumpens ex inſtita concolori, ex qua fluunt baltei tres eiuſdem luminis, eſt familiæ Paccaronae, in Ciuitate Firmana.

*. S. ex Muſais omanis.*

Solum etiam caput, ſolique eius pedes nonnumquam in ijs gentilitijs teſſeris efferuntur.



Ita leonis caput puniceum, in ſcuti valuulo argenteolo, eſt Govisiorvm in Regno magnæ Britanniæ. Atrum verò, in eiuſdem metalli alueolo, cum aquila Imperij ſupernè, in ſcutaria coronide aurea, eſt Bichiorvm Senæ in Ethruria.

*Io. Guliel. Angl.*

*Alphonſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*



Tria leonum capita, oſtro expicta, in adſimili alueolo, ſunt Schvveigheltiorvm in Brunſuuigia: & ſi ea in læuam reſpectent, ſunt Zerbstiorvm in Saxonia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Idem.*

Totidem



*De gueulles à la viure d'hermines accompagnee de trois teſtes de liõs 2. & 1.*

Totidem aurea leonum capita, in ſcuti area coccinea, quam permeat mediam inſtita ſinuoſa, ex Pontici muris aluta, ſunt ERIANORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

De balteis verò teſſerarijs, quos leonum ora mordicùs tenent, nihil attinet iam dicere; quoniam eos alibi propoſuimus, inter parmulas plures alias, balteis ijſdem lemniſcatas.

Vt referam itaque potiùs leonum pedes:



Argenteus leonis pes, inſtar baltei læui, expictus in parmula oſtro illuſa, eſt familiæ MALABRANCHAE in Vrbe Roma.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Argentei pedes duo, inſtructi falculis puniceis, & ſitu adſimiles cantherio teſſerario, in pullata parmula, ſunt FRAMPTONIORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielmus.*



Totidem aurei, ſed in decuſſim traiecti, in ſapphirini coloris alueolo, ſunt RASPONIORVM Rauennę.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Quaterni punicei, & cyano vngulati, in aurata parmula, ſunt

ISLHOE-

*Iacob. Hericourt.* ISLHEORVM in Belgio.



Totidem aurei atque aduerſi, in veneti luminis areola, ſunt BRANCACCIORVM, in Vrbe Parthenopæa.

*Alphonſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*

*Recenſentur aliæ, ſeu feræ, ſeu animantes cicures. Cap. LIV.*

DVCET agmen Pardus, genere leoni proximus; naſci enim ex leone ac pãthera perhibetur: ideoque in collo & armis eſt iubatus, quaſi leo; in humero deinde, quaſi panthera eſt maculoſus. Peculiariter tamen quod ſpectat ad eius delineationem, in pictura rei teſſerariæ: ſolet pardus figurari gradiens atque incedens, ſemperque eſt aduerſa fronte; ita vt oculo vtroque, ſeu pleno intuitu feratur. Caudam præterea in dorſum reciprocat, ſeu reflectit: cum leo interim erectus, vnoque intuens oculo pingatur, ac vibret caudam versùs ceruices. Hac forma, & hoc inceſſu, atque obtutu,



Aureus leopardus, in parmula conchyliata, fuit teſſera GVLIELMI Ducis Aquitaniæ: atque eſt etiam teſſera GVIENNAE.

*Io. Guliel. Angl.*

*Marcus Gilbert.*



Aureus iterum leopardus, in areola coloris veneti, eſt FITZ-HAMONIORVM Comitum Gloceſtriæ, in Regno magnæ Britanniæ, atque ibidem inſuper eſt BEAVONIORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*



Puniceus leopardus, in aureo quidem

*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*

dem ſcuti laterculo, fuit TRISTANI olim inclyti bellatoris. In laterculo autem alterius metalli, eſt VVELLEROVXIORVM in Belgio.

*Iaco Hemricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.*



Sabuleus leopardus, in crocei luminis areola, eſt BREHANIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Quamquam in ſolo etiam apice ſcutario, gradilis hic pardus ſæpenumero ſpectatur.



Vti ſabuleus perinde leopardus, in eo apice aurato, cum cæſia ſcuti cetera regione: eſt autem VILLEMONTEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Argenteus leopardulus, in coronide ſcutaria punicea, cum cetera ſcuti regione, teſſellis oxygonijs argenteis cyaneiſque ſcutulata, eſt TYSNESIORVM in Belgio; ibidemque GRAATIORVM eſt, in adſimili parmula, leopardulus aureus.

*Iacob. Hericourt.*

*Idem.*



At bini teſſerarij leopardi, aurei quidem, in ſcuti area cinnabari expicta, ſunt GVERCHEORVM in Gallia; cum lingua verò falculiſque cyaneis, ſunt BRVNSVVICIAE, DIESTEMII, ET NORMANDIAE inſignia.

*Marcus Gilbert.*

*Io. Iacob. Chifflet.*

*Marcus Gilbert.*

Totidem



Totidem perinde aurei, in ſcuti area glaſto fucata, ſunt AVBERVILLEORVM in Gallia; & cum oſtro in vnguibus & lingua, ſunt ibidem ROVMILLYORVM CHESNELÁYEORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*



Denuò iterati leopardi aureique, in parmula atramento conſperſa, ſunt IAVCOVRTIORVM, INTEVILLEORVM, & ROVHAVLTIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*

*Inſignia auratorum Equitū Spiritus ſancti.*



Argentei totidem leopardi, in coccineo quidem ſcuti valuulo, ſunt GENEPPEORVM & OXHENEORVM in Belgio, atque in Gallia SORELIORVM.

*Iacob. Hëricourt, in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*



In valuulo autem coloris veneti, ſunt CHASTEAVBRVNIORVM in Gallia, & in Belgio VVAVLXIORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Iacob. Hëricourt.*



Purpurati duo leopardi, in ſolo ſcuti aureo, ſunt BLANCEFORTIORVM, MARSAYORVM, & PARENELIORVM, in Gallia: in ſolo deinde alterius metalli, ſunt ibidem COCHEFILLETIORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*

*Idem.*

*Inſignia Auratorū Equitum Spiritus ſancti.*



Praſini duo item leopardi, cum puniceis & lingua & falculis, in parmula argento illuſa, ſunt Prvlaiorvm in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Et duo rurſus, ſed cyanei, atque in vnguibus, lingua, oculiſque punicei, intra ſcuti alueolum auro illuſtratum, ſunt vetus teſſera Regum Gothorvm. *Andreas de Ryet*



Ad hæc terni leopardi aurei, cum lingua & falculis veneti luminis, in crocei nitoris parmula, ſunt inſignia Regvm Magnae Britanniae. *Io. Iacob. Chifflet.* Tribuuntur ijdem, cum hoc ornatu, Bardis Florentiæ; & cum falculis argenteolis, ſunt Manbechiorvm in Gallia. *Vincent. Borghin. de famil. Florent.* *Marcus Gilbert.*



Totidem atrati, in argenteo ſcuti alueolo, ſunt in Gallia Svavbeorvm. *Marcus Gilbert.*



Leoparduli tres, ianthini coloris, & intra faſciam argenteolam gradiles, ſupra muricatam parmulam, ſunt Oldersvvolthiorvm in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Guliel. Anglus*

Aduertere ſit tamen, leopardos interdum pingi etiam erectos: ſed ij tunc leonini à Fecialibus vocantur; ſicut leopardici vocantur viciſſim leones, quando ipſi præter morem, vt dixi, in parmulis noſtris gentilitijs gradiuntur. *Leopards lionnès, ou rampants.*



*D'azur au leopard lionnè d'or couronnè de meſme.*

Ita eiuſmodi pardus leoninus aureus, cum aureo diademate, in ſapphirini coloris areola, eſt FIRLEYORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Puniceus idem leopardus, exſiliens leonum inſtar, cum diademate cyaneo, in parmula auro conſtrata, eſt CATZENELEBOCHEORVM in Imperio. *Io. Iacob. Chifflet.*

Ceterùm quemadmodum ij etiam, eo corporis niſu imitantur leones, à quibus vtiq; paternum habent genus.



Ita leopardus DVCIS ZVBANESII videatur, vel dum incedit, eos imitari: nam prodit, cum duplari cauda, in decuſſim traiecta, expictus auro, in parmula coloris cçrulei. *Marcus Gilbert.* *Leopard à double queue paſſée en ſautoir.*

Sed etiam ſunt, qui ſolos dimidios leopardos, aut eorum capita dumtaxat, in teſſeris circumferant.



Ita in Vrbe Roma, RVSTICI leopardum dimidium, ſeu exorientem vt vocant, ex argento habent, alis inſtructum, in conchyliata parmula. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Tria verò argentea capita pardorum, in area ſmaragdini coloris, gerunt BVCHOLTZII in Marchia. Vt prætercam alios plures, qui eadem capita, cum diſſimili tamen ſchemate, efferunt in teſſeris maiorum ſuorum. *VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Ad pompam hanc rei teſſerariæ facit præterea Elephas belluarum maxima & prudentiſſima.

Vti